



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XVIII. Ut diem Dominicum & sextam feriam honorari praeceperit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPUT XVII.

*Preces in palatio, & recitatio sacrarum
Scripturarum.*

Verum his longè augustiora perspicit quicumq; attendere voluerit, qualiter ille in palatio quandam velut Ecclesiam Dei constituit. Ac diligentia quidem & alacritate, præibat cunctis qui in Ecclesiam illam erant adscripti: & sacros Codices in manus sumens oracula à Deo edita attento animo meditabatur. Posthac solemnnes preces cum universo aulicorum cœtu recitabat.

CAPUT XVIII.

*Diem Dominicum & sextam feriam honorari
præcipit.*

Diem verò preces congruum haberi constituit, cum qui primus est & caput ceterorum, & qui reverà dominicus est ac salutaris. Præterea Diaconos & Deo consecratos ministros, qui vitæ gravitate & reliquis virtutibus ornati essent, totius domus custodes ordinavit. Denique Protectores & stipatores fidi, benevolentia & fidei armis instructi, Imperatorem ipsum pietatis magistrum habebant; & salutarem ac Dominicum diem perinde honorabant; eoque die preces Imperatori gratas ad Deum fundebant. Reliquos etiam mortales, ad idem faciendum incitavit Princeps beatissimus; utpote qui id maxime in votis haberet, ut universos homines paulatim Dei cultores efficeret. Atque ob hanc causam cunctis sub Imperio Romano degentibus præcepit, ut Dominico die feriarentur; utque diem qui est pridie Sabbati similiter honorarent: in memoriam, ut videtur, earum rerum, quæ à communi omnium Servatore illis diebus gestæ esse perhibentur. Porro cum exercitum omnem ad salutis diei, qui lucis ac Solis appellatur nomine, religiosum cultum institueret; iis quidem qui fidem divinitus inspiratam amplexi erant, exercendi se ex more institutæque Ecclesie Dei tempus atque otium indulsit, quo absque ullo impedimento orationibus vacarent.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ.

Ἐν παλατίῳ προσευχῆ, ἢ δέξιν γράσει ἀναγνώσεις.

Σκέψαιτο δ' ἄν τις τὰ τέτων σεμνότητων διαγνῶς ὡς ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείας κλησίας Θεῶ τὸν τρόπον διέθετο, ὡς ἡ δὲ αὐτὸς τῶν ἐν δὸν ἐκκλησιαζομένων ἀναγνώσεις λαμβάνων τὰς βίβλους, τῆ τῶν πνεύσων λογίων θεωρία προσανέχετο τοῖς εἰτ' εὐχαῖς ἐπιθέσει σὺν τοῖς τῶν βασιλείας οἶκον πληρῶσιν ἀπεδίδεν.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ.

Τῆς Κυριακῆς τῆν ἡμέραν ἢ ἑβδομηκονταετηρίαν τιμῶν.

Καὶ ἡμέραν δ' εὐχῶν ἡγεῖται καὶ τὸν κλον, τὴν κυρίαν ἀληθῶς καὶ πρώτιστον τῶν κυριακῶν τε καὶ σωτήριον, διὸ τῶν κοινῶν δ' ἀπὸ καὶ ὑπαρξέται Θεῶ καὶ ἀγαθὸν μένοι, βίε τε σεμνότητι καὶ δροτῆτι παρὰ κόσμιοι ἄνδρες, φύλακες τῶ πατρίδος ἀεικείνης αἰαλιδουφόροι τε παρὶς ἑβδομηκονταετηρίαν, τρεῖς τοῖς ἐνοσίαις [καὶ] πίσει καθυπὸν μνησται, βασιλέα διδάσκαλον ἐν σέβει ἐν δὲ σκοπῶ τρεῖσιν. πρῶτον καὶ ἡμεῖς καὶ αὐτοὶ τὴν σωτήριον καὶ κυριακῶν ἡμέραν, εὐχαῖς τῶ ἐν αὐταῖς συντελεῖντες τὰς βασιλείας Φίλας. ταῦτον ὅ πρῶτον καὶ πάντας ἀγαθῶν ἀνδράπων ὁ μακάριος, ὡς εὐχῶν τῶν τὴν πεπονημένον, ἡρέμα συμπάσαις τῶν θεῶν θεοσεβείας ἀπεγάσασθε. διὸ τῶ ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων δεχθῆν πολιτῶν ἀπάσι, γολθῆν ἀγειν ταῖς ἐπωνυμίαις τῶ τῆς ἡμέραις ἐνουθέτει. ὁμοίως ὅ καὶ τῶ τῶ Σεβαστῶν πιαίν. μνήμης ἐνεκα μνησται καὶ τῶν ἐν ταύταις τῶ κοινῶν σωτήριον πρῶτον μνημονοδομένων. τὴν δὲ τῶ σωτήριον ἡμέραν, ἢ καὶ φωτὸς εἶναι καὶ ἡμεῖς ἐπωνυμιον συμβαίνει, τὰ σεβαστῶν πιαίν δια σπασθῆς τιμῶν διδάσκων, τοῖς μνησται ἐν δὲ μελέχσει πίσεως, ἀκωλύτως τῶ ἐκκλησία τῶ Θεῶ κατερεῖν μετεδίδου ἀναγνώσεις εὐχαῖς, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμπόδων γηνομένε, συντελεῖν.